

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

De Romanorum magistratibus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

Magistratus ob appellationem eorum, quibus
de quibusdam constituta dicitur, et hinc rati, ut pro
magis, prope vobis her ultimis: quibus etiam plura
magistratus obiect.

Magistratus
est, ut a pta
tunc q sunt ante pta
Dicitur infra
v 24

L FENE

STELLAE DE ROMANORVM MAGISTRATIBVS LIBELL. ALTER.



ED QVONIAM
nunc de reliquis magi-
stratibus, quæ ad religio-
nem non pertinent, tra-
ctare intēdimus, alij qui-
dem omnium magistra-
tuum maiores, alij uero
minores sunt. Qui maio-
res, quæ minores esēt,

Cell. li. 13.
ca. 14.

paucis animaduertēdū est. Nam A. Gellius pleraq; hæc
in re ex M. Messala auguris libris dicta reliquit, cuius
uerba hæc sunt. Patriciorum auspicia in duas potestates
diuisa sunt, maxima sunt prætorū, consulū, censorū, ne-
que tamen eorū omnium inter se eadē, aut eiusdē potestatis
sunt, ideoq; collegæ nō sunt censes consulū aut præto-
rum. Prætores collegæ consulum sunt, ideoq; neq; præto-
res aut consules cēsoribus, neque cōsulibus censes aut
prætoribus turbant, aut retinent auspicia. At censes
inter se, rursus prætores consulesq; inter se & uitiānt,
& obtinent. Prætor & sicollēga consulis est, neque

prætorem, neq; cons. iure rogare potest, ut quidē nos à
 superioribus accepimus, aut ante hæc tēpora obseruatō
 est. Et in cōmentario xij. C. Tuditani patet, quia impe-
 rium minus prætor, maius habet consul, & à minore im-
 perio minor, à maiore aut maior collega iure rogare nō
 possunt. Nos his temporibus prætores prætore creatē,
 ueterū autoritatem sumus secuti, neque his † auspicijs in † Comitijs
 comitio suimus. Censores æque non eodem rogantur au- in auspicio
 xilio, auspicioq; atq; cōsules & prætores. Reliquorū ue-
 ro magistratuū minora sunt auspicia, ideo illi maiores,
 hi minores magistratus appellātur. Maiores cēturiatis,
 inquit, comitijs sunt, minores creādis magistratibus tri-
 butis comitijs magistratus, sed iustius curiata datur lege.
 Ex oībus his Messale uerbis, inq; manifestū sit, qui sint
 minores magistratus, & quāmobrem minores appella-
 tur. Sed & collegam esse prætorem consuli docet, quod
 eodem auspicio creantur. Maiora autem auspicia dicun-
 tur habere, quia eorum auspicia magis rata sunt, quā
 aliorum. Consul ab omnibus magistratibus & comiti-
 atum & concionem auocare potest, prætor & comitia-
 tum, & concionem usquequaq; auocare potest, nisi à cō-
 sule minores magistratus nusquā neque comitiatum,
 neque concionem auocare possunt. Ea re, qui eorū pri-
 mus uocat ad comitiatū, is recte agit. Quoniā bifariam
 cum populo agi non potest, nec auocare alius alii posset,
 si concionem habere uolunt uti ne cū populo agant, quis

F E N E S T E L L A

multi magistratus simul contionē habere possint. Ex his uerbis Messala manifestū est, aliud esse cum populo agere, aliud contionem habere. Nam cum populo agere, est rogare qd populum, ad quod suffragijs suis iubeat, aut uetet. Contionem autem habere, est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

DE SENATORVM ORIGINE.

CAPVT PRIMVM.

Senatorum originem à Romulo institutam esse, nemo ambigit. Quippe qui urbis parens & conditor, cum iam nouam ciuitatem, uiribus & robore iuuenem affatim à se munitā cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandē consilij ope fulcisset, ex primoribus patrum, qui tunc aderant, ciuibus centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob aetatem senatores appellauit, ut apud Lacedaemonios senes appellari eos, qui & alii habēt summum quendā magistratū gerunt † C. ait. Qui uero ex his primoribus centum patribus geniti sunt, patritij nuncupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit, Alba à se diruta, Albanisq; in urbē inductis. Tū Tullios, Seruilios, Quintios, Geganos, Cludiosq; senatores accepit. Exactis autē regibus Brutus cōsul, exhaustū bonis uiris senatū intuēs, primores equestri ordinis adscribi in senatores operā dedit, illosq; conscriptos pa-

Patres .

Senatores .

† alii habēt

Cicero .

Patritij .

Patres cō-

scripti .

F E N E S T E L L A

Præscriptum in Sc
antiquo

natu à Censoribus positus fuerat, nonnunquam uero ut essent
hi prius rogarentur, qui Consules designati essent, insti-
tutum est. Cicero autem in eo libro, quem inscripsit Cato-
nem maiorem de senectute, tantum aliquando senectuti
honoris tributum scribit, quod ut quisq; natu grandior
esset, ita prior in senatu sententiã rogaretur. Vsu tandẽ
introducendum esse dicitur, ut quem consul ipse rogasset, is
prior ex sententia uerba faceret, alium tamen quam cõ-
sularem uirum rogari fas fuisse negant. Ex qua sanẽ cõ-
suetudine C. Iulius Cæsar in eo consulatu, quẽ gessit M.
Bibulo, treis duntaxat uiros extra ordinem rogasse dici-
tur M. Crassum, Cn. Pompeiũ, & M. Catonẽ. Post M.
Crassum Cn. Pompeium, ubi filiam sibi in matrimonio
collocauit, rogare primum cœpit. Cum uero M. Catonẽ
rogaret, atq; idem cum consulebatur de repub. nimis for-
te diceret, longioreq; proinde oratione uteretur, qua o-
mne ferẽ tempus, quod est habendũ senatui, tereret, Cæ-
sar uiatorẽ uocauit, M. q; Catonem, quoniã finem nõ fã-
ceret, præhendi loquentem, & in carcerem trahi iussit.
Catonem cum imperio pareret, senatus consurrexit, &
ad carcerem prosequerentur. Cuius rei quasi inuidia mo-
tus Cæsar destitit, atq; emitti iussit. De more autem ha-

Cato ob horum
causam in carce-
rem ductus.

Varronis bendi senatus M. Varro rogatu Pompeii librũ edidit,
lib. de more cum ille primum consul cum M. Crasso fuisset designa-
habendi se- tusr. Creditur quia foris, militi. eã; ad eam etatẽ occupa-
natum. tus uellet, ciuilibus consuetudinibus, cuius expertus erat, fieri pe-
ritior.

ritior. Sed eū librū in ipsa Varronis ætate periisse, idem ipse in epistola ad Opianicū scripsit. Qua in epistola multa scribere Varronem id genus A. Gell in cōmentariis noctiū Atticarū refert. Primum ibi scriptum fuisse, per quas personas haberi senatum liceret, nominat dictatorem, consulem, prætorem, tr. pl. interregem, præfectū urbi, neq; ullis aliis ius fuisse senatum frequentē fieri iubere asserit. Addit deinde extra ordinario iure tribunos militares, qui pro consulibus essent. Item decemuiros, quibus imperium consulare tum esset. Item triumuiros reip. cōstituendæ causa creatos, consulendi senatū ius habuisse. De præfecto urbi Latinorū, utrum senatum habere liceret, non satis cōuenire ait, qui licere negauit, quod ne ille quidē senator sit, proinde ius dicendæ in senatu sententiæ nō habeat, in rationē adducūt, eaq; ætate, quæ nondū senatoria sit, creari. M. autē Varro, & Atteius Capito, ius esse præfecto urbi, senatus habendi aiunt. Quandoquidem & tr. pl. q̄q̄ non essent senatores, ante † Acciniū plebis citū ius senatus habendi esset. Scripserat etiam de intercessionibus, illis uidelicet ius intercedēdi fuisse, qui uel ea potestate, uel maiori fuissent, iis qui senatus consultū aut plebiscitum, uel aliud decretū rogarent. De loco habendi senatus, aut senatus consulti rogandi, nisi in locis per augures constitutis, quæ templa appellabant, haberi rogariue posse negabant. Vnde & in curia Hostilia, Tēpus habendi senatus, & post in Iulia, cū profana essent loca, templa

Gell. li. 14.

7. cap.

proponit 2 q̄b
Senatus habebatur.

† Atiniū al.

Locus senatus habendi.

bendi senatus.

C

tus

F E N E S T E L L A .

per augures sunt constituta, ut in ijs senatusconsulta more maiorū iusta fieri possent. De tempore uero habēdi senatus, ita differit. Ante exortum, inquit, solem, aut post eius occasum, senatus cōsultū irritū esse, opus etiā censorū fuisse, per quos, & quo tpe factū esset senatus consul.

Senatori a De etate aut senatoria etiā adolescentibus senatorū sena
ctas. tum ingredi licuisse, ueterum monumenta legentibus apparet. Quo minus uero tandem in senatū illi etati uenire liceret, Papyrij prætextati factū in causa fuit, ut Valerius Maximus scriptū reliquit. Tunc igitur constitutū ne cui paucioribus xx. & quinq; annis nato senatū ingredi liceret, ut est apud Plutarchum in uita Magni Pompeij. Item apud ius ciuile Romanorū, quo nos etiam hoc tempore utimur, facile cōspirari licet. Qui uero senatus habiturus esset, auspicari primo atq; immolare hostiā debere, idem Varro censebat. Docuit & de diuinis rebus, prius q̄ de humanis ad senatū esse referendum. Item senatuscons. duobus modis fieri, aut per discessionē, si cōsenti retur, aut si res dubia eēt, p̄ singulorū sn̄iam. De pigno

Senatoria re quoq; capiēdo, de multa irrogāda senatori, q̄ pro tpe
personæ. in senatū uenire debuit, nō interfuerit. Quantū uero ad
In Pand. li senatorū familiā pertinet, senatoriarū personarū appella-
bro. i. tit. de tione, & uxores cōtineri decretū est. Adoptiuos aut si
senatoribus lios, & si ante q̄ patres in senatū essent ducti, sese in ado-
hæc tradun ptionē dedissent, senatores esse placuit. Si qs aut ex patri-
tur. tiorū ordine, plebeio homine in adoptionē dederit, patritiū tamen manere cautū est, quam legem ea tempe

state nullam fuisse arbitrator, cū P. Clodius uir patritius,
 quo tempore tribunitia potestate fungeretur, qua aduer-
 sum Cic. factione uteretur, plebeio homini se adoptandū
 praeuit. Contra senatorū filia, nisi quae senatoris homi-
 nibus nuptui tradita essent, clarissimarū foeminarū no-
 mine non continentur. Senatoris uero filium à patre
 emancipatū, & si filii nomē iure ciuili amittit, senatoriā
 tamen retinere dignitatem creditur. Posthumi autē, quibus
 post patris mortem nascuntur, senatorii tamen homines
 appellabantur, eum uero qui postquam pater senatu motus
 est concipitur, & nascitur nō esse senatoris filiū Procu-
 lus, & Pegasus opinabantur. Si quis uero ante cōceptus
 fuerit, quae eius pater senatu amoueretur, non nocebit filio
 casus patris, quominus senatoris filius censeretur, sed si
 pater antequam conciperet filium, senatoriā dignitatem ami-
 serit, ac deinde decesserit, filii autem in aui potestate sena-
 toris reciderent, & si nō quasi senatore patre nati uideā-
 tur, senatorii tamen esse censebantur. Mulieres autē sena-
 toribus primo, deinde inerioris sortis hominibus matri-
 monio collocatae, clarissimarū ordinis nō sunt. Itaque im-
 petrare plerūque à principibus solēt, ut nuptae iterū in-
 ferioribus uiris, in senatoria nihilominus maneat digni-
 tate, ut dicitur diuū Augustū Iuliae Mariae consobrinae
 suae indulgisse. Senatores uero senatorio ordine amotos,
 quibus capite nō minuatur, & ciuitatē retineant, iudicare
 tamē ac testimoniū d. cere, prohibet lex Iulia repetundarū.

F E N E S T E L L A
D E T R I B V N I S
celerum equitum.

C A P V T I I.

Tribunos celerū equitū primus Romulus creasse fertur, cum tres equitum centurias, quarū opera in omni reip. discrimine uteretur, adscripsit. Eas centurias, Ramnensium, Tatiensium, Lucerum appellauit, Rānensū à Romulo, Tatiensum à Tatio, Lucerū uero denominatio, ut Līuio placet, incerta est. Quos autem tertios his praefecit uiros, quos ex tribus elegit tribubus, tribunos nominauit, fuisse autē numero trecentos ait equites, eo quod singulis curiis, quæ triginta erant, decē adsciuerit. Quod uero celeriter accurrere eos uoluit, siquando respub. illorum opera indiget, appellari celeres uoluit. Sunt etiam qui à Celere quodā, qui primus ius ordinibus à Romulo praefectus fuerit, Remi in-

Ouid. locus perfectore, hoc nomen inditum esse opinentur, ut Ouidius lib. 4. Fast. in libro Fastorū significare intelligitur.

D E Q V A E S T O R I B V S.

C A P V T I I I.

*Vetusla quisto
tunc origo*

Questribus creandis origo uetustissima est, et ante oēs penē magistratus instituti sunt. Gratianus autem in eo libro, quē de temporibus scri-

psit, ipsum etiam Romulum & Numam, duos habuisse
 quæstores, quos non sua uoce, sed populi suffragio crea-
 tos, scriptum reliquit. Cæterū ut Romulū quæstores ha-
 buisse nō usq; quaq; notū est, ita Tullū Hostiliū regē quæ-
 stores habuisse cōstare nequit. Quod uero publicæ quæ-
 rēdæ pecuniæ præpositi essent appellatos aut. Quæstorū
 uero ærarii, & urbanæ pecuniæ curā agere, prouintias
 partim exigēdis uestigalibus sortiri, pleriq; (ut Gratia-
 nus dixit) epistolis in senatu legēdis occupari. Itq; nuncu-
 pati Candidati principis. Nonnunq̄ autē maleficia con-
 quirere quæstoribus negotio traditū est, ex quorū exer-
 cendis quæstionibus, quæstores dictos fuisse, Mar. Varro
 opinari uidetur. Quæstores ut ferè omnes reliquos ma-
 gistratus tam plebeios, quàm patritios promiscue crea-
 ri obtinuit, quæ potestas, quoniā minoribus adscribitur,
 neq; præhensionem, neque uocationem habet. Et quem
 admodum priuati in ius ad prætorem uocari solent, eadē
 gerendorū honorum, dicendæq; in senatu sententiæ
 initium fuisse perhibetur. Etiam quia de capite ciuis Ro-
 mani iniussu populi, non erat permissum consuli-
 bus dicere, propterea quæstores constitue-
 bātur à populo, qui in capitalibus præ-
 essent rebus. It appellabātur quæ-
 stores parricidii, quorum &
 meminit lex duode-
 cim tabularum.

Quæstores
 parricidij.

F E N E S T E L L A
DE INTERREGIA POTESTATE.
CAPVT IIII.

Romulo ergo humanis iam rebus subducto, fluctuantibus patrum animis, quo pacto rempublicam procurarent, quem in demortui regis locum suffecturi, aut quo tandem pacto essent, ne noua multitudine sine rege ac duce passim uagaretur, ac uicinorum tandem irritatis animis, urbem rectore uacua uis aliqua

[Decurie externa adoriretur, difficultati rerum consulere rati, centum patrum. decem decurijs factis, singulos ex singulis le
Ex Liuiio. gunt, qui summa rerum praessent. Ex ijs unum qui insignibus imperij, & fascibus esset decernunt. Quinq; dierum spatio finiebatur imperium, eoq; pacto uicissim inter se sortiebantur, dum orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperij cum iam pertesum uideretur, ac plebs pro uno rege, centum sortitum esse quereretur, audirentq; ea moueri patres, qui uel imperium posciturum esse uidebantur, per speciem beneficij ultro offerendum rati, summam potestatem populo permittunt, statuuntue, ne plus iuris ac potestatis futuro regi permetterent, quam apud se retinerent, simul decernunt, quem populus ipse regem iussisset, ita demum ratus haberetur, si patres auctores extitissent.

Interrex. Tum interrex concione aduocata, quod bonum factum, felixq; sit, inquit, Quirites regem create si dignum, qui secundus a Romulo sit creaueritis, patres auctores fiet, atq;

ea conditione reges creabant, apud quem summa rerum erat. Dum regia potestas uacans erat, interrex appellabatur. Apud minores uero Romanorū cum reipub. causa abessent consules, neq; habendis comitijs interesse possent, siue uitio consules creati essent, si dictatorem comitiorum causa dici nō placuisset, res ad interregem deducebatur, ac per interregē cōsularia comitia habebātur.

DE DVVMVIRIS CAPITALIBVS.

CAPVT V.

SI duūmiratus capitalis repetere originem uolueris, usq; à Tulli Hostilij regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cum Albanis gesturus, copias iam è campis in aciem eduxerat. Tum Metius Sufletius Albanorū dux, regem Romanorū ad colloquiū uocauit, qui ubi in conspectum uenerunt, diu de conditionibus pacis inter eos agitatum est, hanc tandem conditionem inierunt. Erant in exercitu Albano trigemini fratres, qui Curiatij appellabantur, ut hi cum trigeminis Oratijs Romanis ferro dimicaret utrius exercitus uictores essēt, is populus cū bona pace, alteri imparet. Armati ergo hinc Oratiū, illinc Curiatū, in campū prodeunt, diu uario Marte pugnant, ad extremū tres Curiatii, atque ii quidem omnes sauci, duos ex Oratijs obrunsāt, tertio integro relicto. Iuuenis ergo integer corporis, animiq; uiribus, ne si stando tutari ictus non posset, ambire

Curiatiū rōm
Oratijs rōm
S,

F E N E S T E L L A

campū instituit, ex Curiatiis, qui ualidior erat, metu exanimatū fugere ratus, persequi illum, egre licet, pergit. Oratus ubi alterū longè ab alijs esse cernit, Curiatiū aggreditur, parumq; ualidum facile obrūcat. Accurrentē fratri ferre auxilium, primo illo etiam infirmiore, & uix sustinentem arma facilius occidit. Tertū graui uulnere, metuq; grauiore, minore negotio confodit. Iuueni ergo Oratio omnium cōsensu gloriosissimus triumphus decernitur. Triumphanti ergo cum omne genus hominum, tum Oratia soror uenit obuiam. Hęc Oratia alteri ex Curiatijs forte desponsata fuerat, quę ubi conspexit occisi nuper à fratre uiri pendentes ab hasta exuias, lamentis & scemineo euulatu complebat omnia, cuius rei indignatione sororem interfecit, ratus publicam letitiam turbasse. Triumpho ergo actō Oratius ad regem trahitur, in carcerem seruandus traditur, ergo omnium sententia Oratum damnat capite, sed recens tam insignis facti memoria permultum fauoris à rege ipso sibi uendicat. Dilatione ergo iudicij rex queritans, tum primum duos uiros creat, questionem iudicij ab se ad illos reijcit, quid plura? duumiri plectendū capite Oratiū pronunciat, sed Oratius ab illa sententia populū appellat, res ad populi iudicium reijcitur. Tum uero senis, orbique trium liberorū parentis lachrymis, & pro concione orationibus acta, insignis actę rei recenter memoria

Et inuē de reb; reum iuuenē populus absoluit. Tum ergo duumuiris ca=
 Capitalib; iudicū.

pitalibus initium esse coepit, unius tamen [†] argumēto tri [†] augmēto
 umiuri college facti sūt. Quod uero capitalibus quæstio
 nibus præessent, & carceris rerū capitaliū agerēt custo
 diam, capitales appellati sunt, cuius etiā magistratus in
 damnatione C. Manlij Capitolini opera usum pop. Ro.
 Liuius meminit. Eorundem interuētum trium uirorum in
 eos, qui cum L. Catilina coniurauerant, animaduersum
 est, ut meminit Sallustius.

DE PRAEFECTO VRBIS.

CAPVT VI.

DE præfecto urbis nusq̄ antea quicquā reperitur,
 quā de Sp. Lucretij patris Lucretiæ præfectū
 ra, nō tamen alios reges præter [†] Arquiniiū Su
 perbū, præfectos urbi creare potuisse negauerim. Quo
 se se res uertant, cum regibus proficisci opus foret, penes
 præfectum urbis summa rerum relinquebatur. Vbi autē
 imperiū propagatū est, totius Italiæ iurisditio ad præfe=
 ctum urbis delata est. Omnia enim crimina, quæ per to=
 tām Italiā admittebantur, ut epistola diui Seueri ad Fa
 bium Cylonem cautum est, præfectus urbis sibi uendi=
 cat. In initio uero eius epistolæ ita scriptum est. Cum ur=
 bem nostram fidei tuæ commiserimus, quicquid intra ur
 bem admittitur, ad præfectum urbis uidetur pertinere. prodita in
 Sed & si quid intra centesimū lapidem admissum sit, præ
 fecti urbis ad cognitionem pertinet. Si ultra centesimum præf. urbis

T E N E S T E L L A

lapidem admissum fuerit, urbis praefecti notio non erit. Audiet seruos qui ad statuam confugerint, aut qui de dominis cōquerantur, quod de suo peculio empti, nō mittantur. Audiet dominos egentes, & qui se egros esse dicant, desiderētq; sibi à liberis suffragiū impendi. Relegandi etiā, deportandiq; insulā, potestātē praefectus huiusmodi obtinet. Si quis aut seruum suū in uxorem suam adulterium cōmisisse asserit, apud praefectū urbis erit audiendus. Neq; est alienū ab eius potestate, ut corā ipso interdicatur, qd' ui aut clam exercetur. Solēt item ad praefectū urbis tutores, curatoresq; remitti, qui male in tutela, curaq; uersati fuerāt, quiq; grauiore animaduersione q̄ ut suspectorū crimen incurrāt, indigent, seu quos probari possit, datis nummis tutelā occupasse, seu accepta mercede operā dedisse, quominus idoneus tutor assignaretur alicui, uel cōsulito circa edēdū patrimonium eius quātitatē minuisse, siue euidēti fraude pupilli bona alienasse. Ad quoq; iniunctū est huic magistratui à diuo Seuero, ut mācipia tueatur, ne prostituātur. Curare praeterea praefectus debet, ut nummularii probe se agant circa suae professionis negotia obeunda, temperetq; ab uis, quae leges non admittunt. Si aut patronus se à suo liberto, aut docuerit, aut cōtumeliosum sibi libertū queratur, siue se conuictū ab eo passum, liberō sue suos, uel uxorem, aut quid simile obiectū fuerit, praefectus urbis adiri solet, & pro modo querelae, corrigere eum aut cōminari, aut susti

bus castigare, aut ulterius procedere in poenā solet. Quod si delatū se à liberto, aut contra se cū inimicis conspirasse doceat, etiā in re tali praefectus in eum poenā constituet. Cura etiā rei macellariae omnis, ut iusto pretio ueneat, ad officium praefecti pertinet, et ideo forū boariū, suariū, piscariū, et olitorū ad eundē praefectū pertinet. Ad tuendam quoque populorū quietē, dispositos stationarios milites habere debet, curareque ut sibi quod ubique agitur, per delatores denunciatur. Potest etiā urbi interdicare negotiationi, profectioibus, aduocationibus, et foro ad tempus et in perpetuū. Sed cū multo tpe praefectus urbi creatus fuerit, demū illius ditione delata ad praetorē, trāsata Latinarum feriarū, duntaxat creari coeptus est. Et cū ceterorum omnium magistratuum sibi quiescerent, soli praefecto urbi Latinorū subiaceret, ne quis alterā magistratuum speciem arbitraretur. Pleraque quae ad praefecti ditionem pertinere uidebantur, de industria omissa sunt.

DE CONSULIBVS.

CAPVT VII.

Consularē potestatem regiae potestatis exēplo accersitam fuisse, uetusstatis monumenta declarāt. Ex actis enim regibus, duo uiri creati sunt, quibus praeter quod annuū impium datū est, nihil aliud immutatum est. Itaque lictores et trabeā, ceteraque regum insignia tenuere. Quod consulere rēmp. deberet, cōsules appellauerunt.

F E N E S T E L L A

Consules unde. Iniunctumq; ut omnium, quæ è repub. fore arbitraban-
 tur, diligenter curam agerent. Primi consules post exac-
 ctos reges fuerunt L. Iunius Brutus, & L. Tarq. Collati-
 nus. Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat
 fasces forent, ne si penes utrumq; populus cõspexisset, du-
 plicatum terrorem ex uno ad duos reges quereretur. **Xij.**
Lictoris erant numero lictores, qui cum fascibus uirgarum secu-
 rim cuique consulum præferebant. Quem numerum li-
 ctorum collegisse Romulũ ferunt, eo quod. xij. uultures
 in Auentino monte, cum augurijs cum fratre contende-
 ret, inspexit. Nonnullis autem atq; idoneis autoribus, hoc
 ut pleraq; alia, scilicet apparitores, sellam curulem, to-
 gam & prætextam ab Ethruscis sinitimis populis adsci-
 uisse uerisimilius uidetur. Ethruscos enim cum duode-
 cim populis constarent, rege cõmuniter creato, unum li-
Lictores unde. ctorem regi singulos exhibuisse. Lictores autem à ligando
 dictos existimant, quod quem consules præhendi ligatiq;
 iussissent, præsto essent ad præhendendum, & uenientes
 consulibus obuiam, de equo descendere iuberent. Iunio
 autem Bruto altero ex primis consulibus in bello extin-
 cto, cum solus P. Val. in cõsulatu remansisset (Hic enim
 in Tarquinij Collatini locum susceptus erat, quod ille ob
 inuisum Tarquiniorum genus, se consulatu abdicare com-
 pulsus esset) ut sunt mutabiles uulgi animi, in ipsum nõ
 inuidia modo, sed suspicio etiam cum atroci crimine ob-
 orta est. & cum consul aduocata concione se expurgas-

set, autor esse instituit serendæ legis, ut aduersus omnes magistratus esset prouocatio. Tum uero consularis autoritas, regie potestatis lōgè inferior esse cœpit, ac libertatis iacta semina mirum in modum conualuisse uisa sunt.

Consules nisi à patribus creari, quod apud alios auspiciæ non essent, religionem fore aliquando creditum est.

Profligato tandem Gallico bello (eo scilicet quo T. Manilius Torquatus torque hosti Gallo, quem singulari certamine occiderat, detracto, Torquati cognomen sibi, potestatisq; suis clarissimum dedit) aspidius tribunitijs seditio nibus uicti, alterum ex plebe consulem creandum concessere. Primus aut de plebe consul L. Sequacius creatus est, & cum antea tribunos militum, qui pro consulis essent, ex suo quoq; ordine creari plebs obtinisset, sæpenumero creationi tribunorum, cōsularis potestatis intermissio occurrit, adeo ut duobus aliquando, nōnunquā pluribus, sæpe etiā paucioribus annis consulare imperium uacauerit. De constitutione uero consularis potestatis, id uulgo compertū est, habitis scilicet per consules, siue alterum duorū, siue per interregem aut dictatorem comitijs, quæ tribuum, centuriarumq; conuentu ac suffragijs constant, & in campum Martium accitis, qui eo quod tunc cādidis uestibus induti sunt, Candidati uocantur. In quem igitur populi suffragia, cōsularibus habitis comitijs, suffragijsq; rite pacis, cōcurebant, is erat

Lex de prouocatio
homo

Consules et
patribus reuocantur.

Torquati
cognomen
tum.

Primum Consul
ex plebe.

Comitijs

Candidati.

F E N E S T E L L A

consul designatus. Sed quoniã de comitiis habuimus mē-
 tionem, nō incongruū est, hic nōnihil ex iis, quæ ad nos
 usq; peruenierunt, adscribere. Comitiorū enim alia cala-
 ta, alia tributa nuncupātur. Calata uero dicta, quod per li-
 ctorem curiatim calari, id est uocari. Ea uero in cēturia-
 Comitiiorū diuersitas. ta & curiata diuiduntur. Curia ex curiis, quæ triginta
 numero erant, & omne genus ciuium continebant, per
 curiatū licitorem uocabantur. Centuriata uero per cor-
 nicinam ex censu, & ætate accersebantur. Tributa uero
 ex omnibus regionibus urbis, ac tribubus (ut reor) nunc
 cupata constabant. Centuriata autem fieri intra pomœ-
 rium nefas erat, quia exercitui (ut ferunt) nisi extra ur-
 bem imperari ius nō sit. Propterea Centuriata in campo
 Martio haberi, quod exercitui imperari præsidii causa
 solitum sit. Illud præterea necessariū consulatum peten-
 tibus, ut per seipsos comitiis interessent, per alios pe-
 tendi facultas nullo pacto decernebatur. Quinetiã per
 scriben. lis ceteris magistratibus obseruatum uideo.
 Eam præterea potestatem, de qua agimus, & si-
 lii familiaris, & sui iuris constituti consequun-
 tur, seq; ipsos apud se sua autoritate
 emancipandi facultas est. Tandem
 etiam institutum, ut qui con-
 sules fierēt, ipso iure sine
 emancipatione à pa-
 trie potestatis uinculo liberarentur.

DE MAGISTRATIB. RO.

24

DE DICTATORE.

CAPVT VIII.

Dictatorē Albanos prius q̄ Romanos habuisse, quippe qui Metium Suffetium habuerunt, testis est T. Lilius. Apud Romanos uero primus dictator factus est T. Lilius primū consul, quo anno, quibusue cōsulibus nō satis constat. Illud uero liquet, Latino, Sabinoq; bello impendente, quadragintāue populis in Romanos coniuatis, concitante† Mamilio Octauio † Manilio Tuscetano, Tarquinii Superbi genero, qui eum penes al's. exulabat, dictatorem Romæ creari instituisse. Ea summa quidem potestas apud Romanos fuit, à qua nec prouocandi ius fuisse, & animaduersum in capite cuiusq; ciuis Romani, totiusq; reip. summā ditonem penes ipsum habuisse, ueterū scripta testatur. Lictores & uniuersa regū insignia dictatori attribuere, quia aut summū ei in populū ius, sumaq; potestas fuit, magister populi cognominatus est, ex quo factū, ut qui potestatem aliquā de publico haberet, utpote quod à suprema dictaturæ potestate ortum duceret, magistratus, uelut à candido candidatus uocaretur. Dictator autem nullo alio pacto creari consuevit, quàm cū uis aliqua maior de improviso oborta, ingentem urbi cladem minitari uideretur. Prius nō nisi è patribus uelut pleraq; alia, Dictatorem legi fas fuit, tandem ut cætera quoque idipsum imminutum est.

P. Enn. Dictator

Magister populi

Magistratus

F E N E S T E L L A

Bello enim quod po. Ro. cum Faliscis gessit, Tarquinen-
 sib usq; primus de plebe dictator creatus est C. Marius
 Rutilius, qui & ipse magistrū equitū etiam de plebe ho-
 † C. Plauti minem L. † Plautiū dixit. Hunc magistratū, quoniā q̄
 um alii. amplissimus esset, nō nisi sex mēses retinere licuit, quod
 Dictator uero futuro dictitare magistratus solitus sit, appella-
 unde ap- tum esse dictatorem M. Varro ait. Hius etiam prætectu
 pellatus. magistratus L. Sylla, ac deinde Iulius Cæsar rempubl.
 oppressere, tyrannidis inuisum, atq; infame nomen euita-
 re cupientes. De dictatore ergo, quantum per ueterum
 disquisitionem licuit, diximus.

DE MAGISTRO EQVITVM.

CAPVT X.

*Reges → Tribuni
 Dictatores → Mag. equitū
 Cæsares → Prefectus*

Q uales tribuni celerum apud reges, tales ferme
 apud dictatores magistri equitum fuere, & ut
 dictatori ius summum in populū fuit, ita in om-
 nes milites & accensos magistro equitum fuisse, traditū
 est. Primus magister equitū Sp. Cassius fuit, à T. Lario,
 primo dictatore creatus. Id demum officii fuit magistris
 equitum apud dictatores, quod tandem prefecto præto-
 rio apud Cæsarem.

Prefectus
 prætorio.

DE TRIBVNO PLEBIS.

CAPVT X.

*intra reuand,
 Trib. pleb.*

Tribunis plebis creandis initū fuit secessio plebis
 à patribus in montem Sacrum facta. Transacto
 enim

enim bello, hinc Volscorum, illinc Equorum atq; Sabi-
 norum, cum ex promissis patrum ferendæ legis, de libe-
 randa à nexibus sceneratorū plebe, spes quibusdam cer-
 tis indicijs uersaretur, quæ tum quadam, ac nimia lusio-
 ne protrahi uideretur à patribus, M. Valerio dictatore
 creato, qui ad populares seditiones comprimendas, in-
 gensq; gerendum bellum mitteretur, cumq; pro plebe,
 ad ferendam legem intercedere cœpisset, & se & ple-
 bem frustrari uideret, magistratu se abdicauisset, acce-
 deretq; ad indignationem plebis, quod patres plebis ani-
 mos à seditionibus auertere rati, sub pretextu sacramē-
 ti consilibus præstiti, nouo bello cogere ad militandum,
 adnitebantur. Plebs permoleste id ferens, in montē Sa-
 crum, qui est trans Anienem, tertio ab urbe miliario, se-
 cessit. Quod cum ingentē trepidationem incussisset pa-
 tribus (quonam enim modo urbem omnium militū ro-
 bore exhaustā, si qua uis belli aliqua ex parte irrepsisset,
 tutari remp. facultas dabatur?) Meneniū Agrippā sum-
 mæ ea tempestate autoritatis uirum, plebi charum pari-
 ter ac patribus, legatum ad componendā popularem se-
 ditionem decernunt, qui graui usus oratione, in qua apo-
 logum de conspiratione membrorū contra uentrem in-
 duxit, quemadmodum uentri ea conspiratio cladē attu-
 lerit, usq; eō deliniuit plebis animos, ut illius opera pacē
 cum patribus iniuerit. In cuius pactione fœderis, conue-
 nit, uti plebeios in urbe magistratus obtinerēt. Duos er

Mons Sacrum

Menenius
Agrippa

F E N E S T E L L A

go tribunos tum habere plebs coepit A. Vir. T. Vetusio consulibus. Alia rursus secessione, tres additi Appio Claudio, & C. Quintio consulibus. Mox quinq; item alii, cōsulibus M. Oratio Puluillo, & Q. Minutio. Hoc pacto decem tribunis in plebem Romanū fuit iurisditio.

Tribunorum
iurisditio

Tribunorum uero tanta creuit auctoritas, ut quicquid senatus decreuisset, ita demum ratum haberetur, si tribuni approbassent. Stabant ergo in uestibulo curiæ, ubi habebatur senatus (templum enim ingredi nō licebat) & quæcunq; senatores decreuissent, tribunis animaduertenda perferrebatur, ut si pro republica fore uiderentur, approbarent, cetera ad arbitrium reiicerent, tanquam senatus consulta approbassent. T. literam in tergo adiciebant, haud alio pacto rata iudicatū iri. Sed de tribunitia

T. litera.

† facere
uerba.

A. Gell. lib.
13. cap. 12.

potestate, si latius † patere uobis uoluerimus, Labeonis Antistii iuris peritissimi constat sententia, cuius uerba, quemadmodum apud Aul. Gellium scripta reperi, ita ipse scripsi. In quadam, inquit, epistola Attei Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atq; morū pop. Rom. iurisq; ciuilibus doctum apprime fuisse, sed agitatabat, inquit, hominem libertas quædā nimia, & uecors usq; eō, ut diuo Augusto iam principe, & rempub. obtinente, ratum tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum, sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Ac deinde narrat, quod idem ipse Labeo per uiaorem à tribuno plebis uocatus, responderit. Iussit enim ei,

qui missus erat, ad tribunos plebis redire, eisq; dicere, ius eos non habere, neq; se, neque alium uocandi, cū moribus maiorum, tribuni plebis prehensionem haberent, uocationē non haberent. Possē igitur eos uenire, & prehendi se iubere, sed uocādi absentem ius non habere. Idq; etiam apud Varronem in libro rerum humanarum scriptū asserit Au. Gellius. Qui sanē Varro, cum triumuir esset, asserit se à tribuno plebis non uocatū fuisse, cum tribunus plebis esset, neminem uocari iussisse. Maxime uero partes tribunorū intercessionibus extitere (id quidē est uim à ceteris magistratibus prohibere fieri) aut minores in legibus ad populum ferendis, quæ plebiscita appellantur. In quibus sanē rogandis, patrum interesse nulli admodū ius fuit. Quinetiam in prouincijs proconsularibus assignandis, ut idem apud Plutarchum in uita M. Catonis, maxime in tribunatu P. Clodij. Licet istud etiam obseruatum est inter tribunos, si ceteri omnes unam rem probassent, unus uero id prohibuisset, plus ceteris quidem omnibus in ea probatione polleret, & reliquos omnes facile impedire possēt.

DE PROCONSULARI
potestate. CAP. XI.

DE hac quidē potestatis specie, nihil quicq; prius reperi, q̄ bello à pop. Ro. cū Equis infeliciter

F E N E S T E L L A

gesto, maximoq; terrore urbi illato. Tum enim cōsul, qui in urbe remanserat, quo celerius delectum facere posset, proconsulem creauit, qui obsesso collegæ auxiliū afferret. Creatus est igitur proconsul T. Quintius, Albo Posthumio, & Sp. Furio consulibus. Quod uero pro consuli bus mitterentur, eorumq; uice functuri essent, proconsules appellati sunt, ijs magistratibus cætera quidem consularia insignia concessa sunt, præterq̄ quod sex duntaxat licitoribus uti iniunctū est. Qua tempestate nō ordinaria quidem, sed delegata iurisditiōe proconsul (de quo agimus) utebatur, quāuis postea usu euenit, ut propria huic magistratui iurisditio competere instituerit. Propagatis enim imperij finibus complurium, & ingentiū bellorum administrandorū cura exorta, obseruari cœptū, ut quo quiq; anno consules fuissent, sequenti proconsules remanerent, in uarias prouincias cū imperia sortirentur. De finibus autē proconsularibus, quæ nancisci potui, ea breuiter subijciam. Potestatem suā proconsul, nisi in ea prouincia, quam est sortitus, exercere non potest, quāuis uoluntariā (ut aiunt) iurisdictionem, eam esse auctoritatem, manmittere seruos suos apud se uolentes, aut se adoptādos dari passim præstare. Contentiosam uero iurisdictionem, præterq̄ in prouincia tractare nō potest, ne quicquam in prouincia negotiorū exoriretur, quin ad proconsulis administrationem pertinere soleat. Sin autē fiscalis causa incidit, melius faciet ad procuratorē Cæsaris de-

ferre. Si uxorem secum in prouinciã duxerit, quod non
 fecisse decētius putabitur, ea t̄ quæ deliquerit in eã ipsam t̄ al' q̄.
 animaduertet. Obsonijs dono mis̄is, ut prorsus abstinerere t̄ Xenijs le
 non debet, sic in accipiendis modum seruare, ualde enim gendũ erit,
 inhumanum est à nemine accipere, passim uero uilissimũ nã sic in Pã
 & penitus auarissimũ. Ab alijs uero rebus dono mis̄is, dect. quoq;
 omnino abstinerere proconsulem oportet. Item ab emptio legitur, un
 nibus omnium rerum, præterq̄ uictus quotidiani causa. de hæc sunt
 Lites uero, quæ seriosa excus̄ioe, animaduersioneq; in= transcripta.
 digēt, summam tractare ac diffinire nõ debet. Quæ Quanq̄ &
 cognitionem exactiorem non desiderant, ut obsequium ibi corrupte
 à liberis & patrimonijs exhibētur, à liberis summam pro xenijs pas
 animaduersa pronunciare poterit. Parum aut̄ obsequen exenijs pas
 tes patronis suis liberos, cum uerbis paulò atrocioribus sim uulgu
 exterreant, tum etiam fustiũ castigatione coërceat, absq; iureconsul=
 iudicio sapientis, ac fori strepitu. Non habentibus autem torũ legit.
 aduocatũ ob inopiam, seu aduersarij potentia, ultro ex=
 hibeat, ac deniq; uniuersa expediat, quæ mero (ut aiunt)
 imperio assignari solent. Id enim significat gladij
 potestate in facinorosos, seruosq; animaduere Merum im
 tendi. Sed quoniam negotiorũ prouin perium.
 cialiu multitudinem, per seipsum
 obire proconsulem difficile
 est, legatũ proconsu=
 les habere so=
 lent, de cuius officio pauca uidentur sunt.

F E N E S T E L L A
DE LEGATIS PROCONSULVM
CAPVT XII.

Solent proconsules ob rerum gerendarum multitudinem, in prouincia legatos statuere, qui nō propria, sed mandata iurisdictione utuntur, quos propria, q̄ in prouinciā peruenerint, sibi substituere nō possunt. Si quid autem legato occurrat, cuius rei grauitas exactiorem diligentiam exigit, ad proconsulem remittere legatus debet. Neq; enim animaduertiendi, coercendi, seu atrociter uerberandi legato licentia est. Iudices tamen litigantibus, tutores etiam pupillis dare potest, custodiarumq; que per prouinciā dispositæ sunt in stationibus, proconsul legatam cognitionem cōmendare, nec prius q̄ è prouincia proconsul discedat, legatum dimittere consuevit. Et si diem suum obierit in prouincia, proconsul ita demum sibi mādata negotia exiget, ac si res integra non inueniatur. Si uero abesse à prouincia proconsulem fortasse contigerit, causas etiam que animaduersionem exigant, delegabit.

In p̄defectis
legitur, le-
gatus ius ha-
bet.

DE AEDILIBVS PLEBEIS.

CAPVT XIII,

A Edilitatē plebeia pro uetustissimo magistratu habeo, et utrū aediles ante tri. pl. creari cœperint ambigo, memor q̄ exactis regibus ad secessionē plebis in sacro mōte factā, maxima qd ē pars po

puli Ro. tāto tēpore absq; aliquo in repub. magistratu,
 à quo tueretur, extiterit. Quin apud Liviū haud multo
 post Tr. Pl. creatos pestilēti quodam tēpore, cum & cō
 sul alter obisset, alter uero ægram animā traheret, apud
 ædiles plebeios, & consularem, & tribunitiā potestatē,
 & tandem totius reip. summam recidisse constat. Non
 quod illos tunc primū creati cœptos appareat, sed q; lō-
 ge antea creatos esse potuisse facile sit. Crescētibus autē
 plebeis opibus, ita ut etiā dictatores ac pontifices de suo
 quoq; corpore præsaret, atq; patres multoties à plebe
 iūcti, duos ædiles plebeios à patribus creādos puicerūt.
 Nam cū ædilibus ludos faciēdos, solēnesq; p ordinibus
 in concordia redactis dies, in fastis referēdos mandarēt,
 negarētq; se id esse facturos, ædiles plebis cōclamatū es-
 se à iuuenibus patritijs dicitur, se id honoris deorum im-
 mortaliū causa libēter acturos, ut ædiles fierēt, qbus cū
 ab uniuersis gratiæ actus essēt, Senatusconsultū factum
 est, ut duos uiros ex patribus, qui ædiles foret, dictator
 populum rōgaret, patres comitijs autores forent. Duo
 ergo patritij ædiles creati sunt Cn. Quintius Capito-
 linus, & P. Cornelius Scipio. Sed duos tandem ædiles
 creatos alios à Iulio Cesare, qui quoniā frumento præ
 essent. Cereales appellati sunt. Apud idoneos inuenio Cereales
 autores, ædiles à sacrarum ædium quam gerebant ædiles.
 ra, appellatos esse. Curules uero ij qui ex patribus crea-
 ti sunt, quoniā sella curuli ueherētur, cognominati sunt.

F E N E S T E L L A

Plebei uero & curules iam adeo manifesto cognomine sunt, ut interpretatione non egeat nostra. Ludos institue re quauis causa, quibusue in spectaculis fierent, ad edilium partes pertinet. Id etiam erat haud leue edilitalis munus, ut sua quisque edilis factus impensa, ludos pro modo patrimonij, ac dignitatis suae celebrandos procuraret. cuius instituti M. Cicero in ijs libris, quos de officijs iscripsit, cum de sua, & Magni Pompeij edilitate meminit, locus testis est. Asconius autem Pedianus Pompeium edillem creatum, theatrum, quod sua impensa edificauerat, magnificentissimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicasse ait. Id etiam in argumentis comicarum, quibus nomina edilium, qui ludis praesuerant, adscripta sunt, facile est animaduertere. Locorum autem discretio, et cuilibet ordini per dignitate assignatio, edilium munus est. Val. Max. scripsit Attilium Seranum, & L. Scribonium ediles, senatus, ac plebis loca secreuisse. Quod si seruum quispiam, aut iumentum morbosum, aut uitiosum, pro integro sanoque uendiderit, edicto edilium emptori succurreretur. Quod uero cloaca publica, & aquae ductus, caeteraque aedificia lauta, munda, integraque & expedita asseruarentur, edilium officium est. Denique quicquid rerum uitiosarum pro sincero fractum pro integro usque uenisset, edilicio edicto redhiberi solet.

Nota Aedilium
in az h^{is} romae d. a
27

Aedilium mu
nera.

DE DECEMVIRIS LEGUM FERENDARUM CAUSA CREATIS.

CAPVT XIII.

Decemviris summam potestatem inuentibus, magistratus omnes q̄ remp. agebāt, exoluere fas erat, quibus creandis hoc in causa fuisse perhibetur. Plebe enim quotidianis seditionibus, tū ob creandos de plebe magistratus, tum ad ferendam legem de soluendo à nexibus sceneratorū, saepe etiam de connubio, ut inire liceret plebi cum patribus, nōnunquā ob ferendam legem agrariam, diuina simul humanaq; omnia miscento, & tandem communes quasdam leges ferri petente, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas accersiri placuit. Missi ergo tres Athenas sunt legati, qui inclytas leges Solonis scriptas ferrent, iura etiam, & mores aliarū ciuitatū noscerent. Ii fuere Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio postq̄ recesserant, leges scriptas referūt, pro quibus sanè censendis, promulgandis, centuriatis comitijs (quod, ut sanctiones essent, fieri oportebat) decemuiros creant, qui suo arbitratu leges promulgarēt. Ii fuere App. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, An. Man'ius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulus, Sp. Posthumius. Placuitq; ne ab horum potestate esset prouocatio. Penes uero alterū, ut sors foret, quoadusq; omnem numerum peruasissent, certis diebus le-

Referūtur
hæc à Livio lib. 3.

F E N E S T E L L A .

tores forent. Eodem ergo anno decem tabulas edunt, po-
testatē inspiciendi omnibus faciunt, edicunt, agitent secū
omnes, et si quid emendari, suppleri, minuiue opus esse
censeant, omnium sententias aequo animo esse audituros.

Decem ta-
bulae.

Postq̄ satis emendata esse apparuit, decē tabulis scriptas
leges centuriatis comitijs proferunt, ac simul se magistra-
tu abdicant. Cum uero rumor percrebuisset, duabus alijs
tabulis ius populi Ro. plenum ac absolutū fore, iterum
habitis comitijs alij decem uiri subrogati sunt. Tum Ap-
pius, cui comitia habere datū fuerat, sese contra ius, fasq;
decemuirū creat. Collegae fuere M. Cornelius Maluginē-
sis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius † Vigilanus,
Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Ceso Duilius, Sp.
Opius Cornicen, M. Robuleius. Operae pretium est au-
dire, quā uī decemuirī per spem, ac libidinem domi-
nandi, omnem reipublicae speciem Idibus Maijs, quo ini-
ere magistratum, cum duodenis singuli fascibus forum
compleuere. Neque enim ad rem pertinere demi secu-
res, quando absque prouocatione creati essent, interpre-
tabantur. Decem ergo, regum instar, primo conspectu
praeuissē ferunt. Incredibile est enim quantum ea res ur-
bi terrorem iniecerit. Neque suus urbem sefellit timor.
Primum cum abstinerere à patribus coepissent, in humilio-
res crudelitatem, libidinemq; exercebant. Hominum, nō
causarum tot erant, ut apud eos gratia potius quā a-
qua uī iudicia haberent. Domi cōtrahebant, pronuncia-

† at Vibul-
anus.

bant in foro. Si quis collegam appellasset, ab eo quem
appellauisset, ita discedebat, ut poeniteret primo decreto Decemuirum
non stetisse. Opinio etiam fuit, sœdus clam inter eos iure rorum ty-
iurando dictum, ne comitia haberent, perpetuoq; de-
cemuiratus possessum semel obtinerent imperium. Hac
conditione iam maior anni pars processerat, & due ta-
bule ad decem adiectæ fuerant, nec quicquam aliud su-
pererat, nisi ut centuriatis comitiis proferrentur. Hoc
peracto cum laberetur annus, nullaq; comitorum men-
tio haberetur, & quamuis anni factos exactione priua-
tos plebs obstreperet, ac libertatem penitus amissam
conquereretur, eo illi nibilo communiore facta, hac pe-
tulantia abutebantur. Sed hos urbanos strepitus nun-
ciatum bellum à Sabinis, Equisue impendere paulu-
lum intercipit. Habito enim delectu decemuiri, armato
exercitu in bellū prodeūt. Dum bellum uario euentu geri-
tur, App. Claudius decemuir, q̄ gerēdis rebus urbanis re-
manserat, plebeie uirginis, cuius amore deflagrabat, stu-
prandæ consilium capit. Pater eius L. Virginius, qui tū App. Clau-
honestum ordinem in castris ducebat, Icilio cuidam tri-
bunitio uiro, puellam desponderat. Hanc uirginem for-
ma egregiā cum Appius prece, & pretio tentasset pelli-
cere, parumq; sibi succedere cuncta cerneret, animū ad
crudelitatem, superbiamq; conuertit. M. Claudio clienti
negotium dat, ut coram se pro tribunali sedente, puellā
in seruitutem asserat. Cæteros omnes qui libertatē asse-

App. Clau-
dii libidinis
exemplum.

F E N E S T E L L A

rant, reiecturū promittit. Opportunitatem ergo nactus
 M. Claudius libidinis minister, transeunti per forum pu
 elle sceleratas manus iniecit, seruam suam, seruāq; natā
 appellans, ac sequi se puellā iubet, cunctantem ui abstra
 cturus esse uidebatur. Cum ad clamorem erepta, nutri
 cisq; fidem Quiritū implorantis, multitudinis concur
 sus factus esset, iamq; ui tuta esse uideretur, tum Clau
 dius nihil opus esse tumultu ait, se iure crassari, si non cre
 derent, ad tribunal sequeretur. Cum ad tribunal uentū
 est, prætor apud argumenti autorem agit, puellam domi
 sue natam, furtoq; subtractam, in domo Virginij pro si
 lia esse suppositam. Interim dominū ancillā sequi, quod
 ita æquitas dicitaret, interloqueretur. Composuerat ita
 se facturū App. Claudius, ne sine causæ cognitione pro
 nunciare in seruitutem uideretur. Tunc aduocatis puell
 læ intercedentibus, patrem reipub. causa abesse, iniquū
 de liberis absētibus agi, cæteraq; huiusmodi allegātibus,
 Icilius uir, et Numitorius auus superueniunt. Iciliū au
 tem, ut erat uir acer, multa intrepide uociferātē, Appius
 per lictorem summoueri iussit. Sed cum ille constantissi
 mo animo resistere pergeret, ac multitudinis concursus
 ingens fieret, Appius, ne exortus tumultus nouandī res
 occasionem faceret, uades de uirgine in posterū diem in
 iudiciū sistenda, dari iussit. Interea patrē accersunt nun
 cij, aduolat in urbem pater, ac prima luce sordidatus, fi
 liam solita ueste, cum aliquot matronis secum in forum

ducit. Vociferat opem ferant, lamentatione & querelis
 omnia implet. Idem Icilius, idem puella ac matrone fa-
 ciunt. Aduersus hæc omnia Appius obstinato animo tri-
 bunal ascendit, uindicias secundum seruitutem decreuit,
 quod decretum cum ingentem admirationem incussisset,
 ac M. Claudius iret ad cōprehendendā uirginem, tunc
 pater intentans in Appium manus. Icilio inquit, non tibi
 Appi filiam meam despondi, ad nuptias, non ad stuprum
 educaui, sed quæso patrio dolori ignoscas, si quid sum in-
 te inuectus uehementius. Sinas ergo corā uirgine me nu-
 tricē percunctari, falsò pater sim, ut re comperta, æquo
 re hinc animo discedam. Seductam ergo filiam percun-
 ctandi prætextu, rapto è tabernaculo lanij cultro, filiam
 interemit. Quid multa? Rei indignitate pariter omnes
 cōmoti in forum concurrunt. Appius aut̄ ut tumultuari
 cœptum uidet, ut uitæ cōsuleret, obuoluto capite effugit.
 Plebs ergo recuperadæ libertatis occasionem nacta, ar-
 reptis armis, duce Virginio in Auentinū secedit. Nec mi-
 nus Icilius in castris, militū concitat multitudinem, ple-
 bisq; urbanæ extemplo decem tribunos militares creat,
 ingentiq; cum exercitu ad urbem accedunt, alteri se ex-
 ercitus coniungunt. Hoc peracto, armata plebs secedere
 statuit. Eò ergo quicumq; per ætatem, ualitudinemq; po-
 tuerunt, cum uxoribus, liberisq; peruenere. Iis tātis mo-
 tibus percussi decem uiri, senatum frequentem fieri iubēt.
 Rogant quid è repub. fore censent edicere. Demum cum

F E N E S T E L L A

Decē Tar-
quinij.

multa ultro citroq; in senatu agitata essent, ac pleriq; se-
natores intrepide decemuiros oratione castigassent, decē
Tarquinius appellātes, decemuiro tandem futuros se in
potestate patrum affirmarunt, modo sese ab iniuria tue-
rentur, ac simul legatos mittere ad res componendas sta-
tuunt. Missi ergo legati M. Oratius, & L. Valerius
probatissimæ extimationis uiri, de conditione pacis cū
plebe agunt. Petebat autem plebs inter condiciones pa-
cis, ad supplicium decemuiros, quod legati primum com-
positis orationibus dissuaserunt plebi. Contenta igitur
plebs fuit, ut sui sibi tribuni restituerentur, & ut consue-
uerant, rediretur ad consules. Interim abdicant se magi-
stratu decemuiro. Comitia consulibus, tribunisq; crean-
dis habentur. Hoc pacto creatis, exactisq; decemuiris,
ad prioris formam regiminis reditum est.

Decemuiro
exacti.

DE PRAEFECTO ANNONAE.

C A P V T X V.

Tarquinij
mors.

Quoniam de potestatibus agitur, ratio etiam ad-
monet, ut de praefecto annonae extra ordinē
tunc creari solito nō nihil adijciam. De quo sa-
nē magistratu nihil antea reperi, quam Appio Claudio,
& P. Servilio consulibus, eo quoque anno, quo Tarqui-
nius Superbus apud Aristodemum tyrannum mortuus
est. Tum inter consules orta cōtentio dicitur, de dedica-

tione ædis Mercurij, quæ sanè hac conditione sopita est,
 quod uter dedicaret Mercurij ædem, is quidem annonæ
 præset. Populus dedicationē dedit M. † Platorio pri- † al. Lecto
 mipilo, non tam ob hominis meritum, q̄ ob ignominiam rio.
 consulum, haud probe in magistratu obuersatorū. Cete-
 rum ut hoc apud Liuium non mihi planū usq; quaq; ap- Liuij locus
 paret, credo errore scribentium, ita de L. Minutio præ lib. 4.
 secto annonæ, haud multo tempore post, usq; quaq; ma-
 nifestum est. Huius magistratus difficili tempore, & ca-
 ritate annonæ usus potissimum, atq; opera exigebatur.
 Frumentum undiq; coëmendū, & si quis ultra propri-
 os usus possideret, in medium ponendum curabat, adue-
 hi undiq;, & aduectū iusto precio uenire nitebatur. U-
 ius ope magistratus egregia populo Ro. penuria labo-
 ranti sæpe opera nauata est. Eam potestatem de qua agi-
 mus cū Magnus ille Pompeius ageret, atq; è Sicilia cū
 magna ui frumēti soluere pergeret, ac gubernatores clas-
 sis non se cōmittendos maxime sciuenti pelago dicerēt, Pōpeij cor-
 illam saluberrimam reipub. uocem didisse edicitur. Na- dutissimū dī
 uigare enim, inquit, necesse esse, uiuere necesse non esse. Et. um
 Tantus præterea annonæ huius causa fauor, autoritasq;
 accessit, ut quæ alioquin personæ ad accusationē minus
 idoneæ essent, hac tamen in causa admitterentur, huius-
 modi sunt mulieres infames, & quæ sunt eius generis,
 quo nos etiam utimur. Sed de Præfecto annonæ satis dī
 etum est.

F E N E S T E L L A
DE TRIBVNIS MILITVM,
& consulari potestate.

C A P V T X V I .

CRebris quidē secessionibus plebis à patribus, qui
bus cōsules de suo quoq; corpore creati peteret,
externis etiam bellis ingruentibus, plebeq; ipsa
delectum pati negāte, coacti tandē patres sunt, ut aut ci
uibus, aut hostibus de uictoria concederent. Ab eorū sen
tentijs, qui tribunos plebis eadē uiolādos putarēt, quos
scedere cum plebe icōto, sacrosanctos haberent, primores
patrum abhorrebant, per hęc cōsilia eō res deducta est,
ut rogatione Camilli, tribunos militum, qui pro consuli
bus essent, tā ex plebe, quā ex patribus promiscue crea
ri patres sinerent, de cōsulibus nihil immutaretur. Tres
ergo tribuni consulari potestate, qui militares appella
rentur, creati sunt, ijq; constituti sunt uario numero. In
terdum enim uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunq;
pauciores, sed de superioribus tantum tribus hi fuerunt,
Au. Sempronius Atracinus, L. Atilius, & T. Ceci
lius patritij oēs. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit,
quod eius ratio habita esse uideretur. Tūc igitur primo
a cōsulibus ad tribunos militares, cōsulari potestate uen
tum est, M. Genutio, & P. Curiatio consulatu abeunti
bus, penes quem sanē magistratum (ut ipsum nomen in
dicat) eadē quā apud consules, potestas erat collata, no
minibus

Apud Liuiū
unde hęc
desumpta
sunt, lege
T. Ceciliū.

minibus tantum immutatis, ac plebis ratione habita.

DE CENSORIBVS.

CAPVT XVII.

CVM ob multa & uaria bella, ciuilesq; seditio-
nes, Romæ pluribus annis populus incensus mā-
sisset, neq; esset lustrum aliquod de more condi-
tum, neq; diffiniri census posset, neue consulibus cū mul-
tum bellorum immineret, id negotij operæ præcium es-
set, mentio inita est à senatu, rem uidelicet operosam, &
minime consularē proprio magistratu indigere, cui scri-
barum ministeriū, custodiæq; & tabularum cura, arbi-
trium, formulæq; censendæ subijcerentur. Tum duo cen-
sores creati sunt, Papyrius, & Sempronius, censuiq; ha-
bendo præfecti, ab eaq; re censores appellati, M. Gegæ-
nio Macerino, & T. Quintio Capitolino consulibus.
Institutumq; ut quinquennio is magistratus perduraret,
quod tandem tempus ob censorum insolentiā immutatio
est, ad annumq; redactū A. Mamertio Aemylio dicta-
tore, Iulio Virgilio, M. Appio consulibus. Mirū quip-
pe dictu est, quanto censuræ initium parua re ortum in-
cremento adauctum extiterit. Eō quippe peruenit, ut **Censorum**
morum, disciplinæq; Ro. senatus, equitumq; regimē, de **autoritas**
coris, dedecorisq; discrimē sub eius ditione magistratus,
priuatorū ius, publicorumq; locorū uectigalia Po. Ro.
reposita essent in senatum allegere. Senatus principem

F E N E S T E L L A

describere, censum agere, lustrum condere, equos adimere. Quos autē putassent parum dignos, senatu amovere, ut fecisse fertur C. Fabritius, qui censor. P. Cornelium Ruffinum patritium uirū senatu amouit, quod decē pondo argenti facti, pro conuiuio apposuisset. M. autē Cato censor C. Flaminij fratrem senatu eiecit, quod exoratus à scorto, ut aliquē ex ijs, qui in uinculis erāt, (obtinebat enim proconsulari imperio Galliam) securi percuteret, obtemperauit. Quid dicam, quā leuissimis de causis censoriam inurere notam consueuerunt? Nimis corpulentis militibus, unguētoq; nitidis, equis adeptis ignominiaq; notatis, exercitu dimisere. Equiti Romano nimium compto, splendidoq; equū strigosum, & uix hærentem pellem ossibus habenti, cum obequitantes urbem censores uenissent obuiam, percunctātibus, ut quid ipse tam ruber, & comptus, equus tam macilentus, & squallore obsitus esset. Hic eques Ro. quoniam, inquit, ipse me curo, equū uero Statius meus seruus. Visum est id parū reuerens responsum, atq; ob id ignominia à censoribus notatus est. Ciuem Rom. qui altius oscitauisset in auditorio censorum, ignominie nota affecerunt. Sed cū id rescissent, non incontinentia, sed ualitudine factū esse, illico restituere. Cum celebrationi quorundā sponsaliorum interessent, uirumq; num uxorem ex animi sui sententia haberet, de more interrogassent, illeq; ex parentibus, non autem ex animi sui sententia se habere respon-

Fl.

Fl.

deret, euestigio labe ignominie conuulsus est. Magnopere enim ab eorū maiestate alienum esse rati sunt, quod in conspectu censorie seueritatis, leuiculus homo adeo ridiculose fuisset cachinatus. Multa in hoc genere dici possent, sed omittenda sunt. Illud autem non est prætermittendum, quod altero ex censoribus morte subducto, alterum in demortui locum suffici religio fuit. Itaq; reliquum abdicari se magistratu, ut duo de integro censores crearentur, institutum est. Id enim huic obseruationi causam dedit, quod eo anno, quo Galli Romam cepere, altero ex censoribus mortuo, alter quidem in demortui loco fuerit substitutus. Omen ergo uisum est, & pro lege perpetuo, ne id amplius fieret, obseruatum est. Censores uero cum præterquam ex patribus creati aliquando nefas fuerit, id quoque ut cætera immutatum est, atq; indifferenter fieri cœptum. Illud etiam censoribus negotium datum est, ne in scenore modus excederetur.

DE TRIMUMVIRIS COLO-
niæ deducendæ.

C A P V T X V I I I.

A Ricini, atq; Ardeates cū de ambiguo agro sæpe bello certassent, multis inuicē cladibus fessi, po. tādē Ro. ea de re iudicē cōstituerē. Cū ergo

Liuius hæc
tradit sub
finē lib. 3.

utriusq; ciuitatis legati oratum causam uenisset, concilio populi à magistratibus dato, magna cōtentione actū est. Iamq; editis testibus, cum tribus uocari, & populū inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et sic licet inquit, consules de repub. dicere, errare ego populū in hac causa non patiar. Sed cū quasi uanum, & delirū reijcerent consules, audiendūq; prorsus negarent, pergentem uociferare publicam causam prodi, per licitorem submouere iusserunt. Hic ille tribunos appellat, ad eos admissus, tertiu, & nonagesimū se annum agere inquit, cum agrum, de quo duo populi ambigant, tenere memoria fixum, neutrius populi, sed Coriolanorum fuisse, atq; eo se tempore militasse, captis Coriolanis, is ager iure belli pop. Ro. factus esset, proinde se magnopere suadere pop. ne inutili pudore causam suam damnaret. Mouit non tam hominis autoritas, q̄ commoditas, ususq; agri, tātumq; tribunitia potestas ualuit ei, ut cum hac de re latum esset ad populū, lex de agro pop. Ro. adiudicando promulgaretur. Id sanē factū maxime dehoneſtauit maiestātē P. O. Ro. multūq; apud finitimas ciuitates infamiae, dedecorisq; cōtraxit. Quam obrem, cum id ægre ferre patres, ac non multo post iudicium de Ardeatibus egregie pro auxilio illis aduersus Volscos allato meriti essent, cum tantam infamem iudicij notam, prorsus ex animis delere cuperent, senatus consultum fecerunt, quoniā ciuitas Ardeatum intestino tu-

multu ad paucos redacta uideretur, coloni eò præsidij
 causa aduersus Volscos scriberentur. Id cum latum ad
 populum esset, placuissetq; multo plures Rutulos q̄ Ro-
 manos colonos ascribendos, priusq̄ is ager, qui infami
 iudicio interceptus erat, q̄ alterius agri gleba assignare
 tur, ut alicui quam omnibus Rutulis eo tandē pacto Ar-
 deates reuersus est. Triumuiros igitur deducendæ colo-
 niæ creāt, Agrippam Menentiū, T. † Cluiliū Succu-
 lum, & M. Ebutium Heluam, nec abnuerim hunc magi-
 stratum aliàs à maioribus Romanorum creari potuisse.
 Ceterum ab insigniori ratione, & ingenti Po. Ro. po-
 testate exordiri nō piguit. Pertinebat uero ad huius ma-
 gistratus officium, ut & agros nouis colonis diuiderēt,
 urbes designarent, ædificare uolentibus areas partiren-
 tur, commodis regionibus ciuitatem distinguerent, legi-
 bus magistratibus sisterent, & ad speciem optimi tabere-
 naculi rempublicam effingerent.

† Cluiliū
 Siculum at

Officiū huius
 21

DE PRAETORIBVS.

CAPVT XIX.

CVM crebris ac diuturnis certaminibus, uicti tã-
 dem à plebe patres, ex consulibus alterū ex ple-
 be creandum concessissent, id sibi uoluntate ple-
 bis pro aperto ad cōsulatū aditu arrogauere, ut unicus
 magistratus crearetur ex patribus, isq; à præsedo præ-
 tor appellaretur, qui tandem eo quod inter urbanos ius

F E N E S T E L L A

diceret, urbanus appellatus est. Penes hunc uero magi-
stratum adeo omnis publici, priuatiq; iuris potestas fuit,
ut nouum ius cōdere, & uetera abrogare, facultas eſſet.

Tantum uero postmodum aucta est pratoris auctoritas,
ut quod prator ipse dixisset, ob ipsius honorem ius hono-
rarium uocaretur. Pratori regia insignia, consularesq;
ferme apparatus, lictores uero non amplius sex, sella
curulis, & trabea, ceteraq; huiusmodi tradita sunt.

Ac quis sex numero licitoribus uti cōcessum pratoribus
eſſet, Paulo quidem Aemylio pratori in Iberiam conten-
denti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores
comperi. Equis albis, trabea candida utebatur prator.
Niuei adfrena Quirites subministrabant, ut ait Iuue-
nalis. Demum cum undiq; peregrinorū multitudo in ur-
bem conflueret, neq; unus prator turbæ causarum suffi-
cere posset, alter prator creatus est, qui quoniā inter pe-

Peregrinus cognoscebat, peregrinus appellatus est. Cres-
cente uero imperio, tātum postmodum amplificatus est
numerus, ut .x. & octo pratores aliquādo in urbe ius di-
cerent. Et quia magistratus uespertinis tēporibus in pu-
blico esse incōueniens erat, quinq; uiri constituti sunt ci-
tra Tyberim, & ultra Tyberim, qui possint pro magi-
stratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itē
Hispania, deinde Narbonēsi prouincia, totidē pratores
quot prouinciæ in ditionē uenerant, creati sunt, partim
qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſet.

prator & iuris
dicitur

De Quinq; uiris

Tot pratores
quot prouincias

Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, ac prætores quatuor adiecit. Caius Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cereere Cereales, constituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Deinde diuus Augustus sexdecim prætores constituit. Post diuus Claudius duos adiecit prætores, qui de deicommissis ius dicerent, ex quibus unum diuus Tiberius detraxit, & adiecit unum diuus Nerua, qui inter scum, & priuatos ius diceret. Ita .x. & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia quoties Romæ sunt magistratus, obseruantur, quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat, isq; uocatur præfectus urbis, qui præfectus olim constituebatur. Postea uero alius Latinarum feriarum introductus est, qui quotannis uacantibus cæteris magistratibus creari instituerit. Qui feriarum omnibus cum plurimi ingruentium bellorum usus ex præfectis, gissent, eorundem administrationes mandari consueuere, excepto præfecto urbi, in ciuitate remanente.

DE QVINQVE VIRIS
mensarijs.

CAPVT XX.

Cum improbitate sceneratorum, plebs Ro. magnitudine æris alieni penè obruta esse uideretur,

E iij

F E N E S T E L L A

eiq; difficultati principes plebis succurrendū sepe numero tentassent, inclinatis tandem ad concordia omnium animis, qui tū consules erant, funebre quoq; rem, quod destinari in animis hominū uidebatur leuari aggressi, solutionem aeris alieni in publicā curam uerterūt. Quinq; ergo uiri creati sunt, quos à dispēsatione pecuniae, mensarij. sarios appellarūt, quod insigni aequitate, diligentiaq; meriti sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent, hi ergo fuerunt C. Duellius, P. Decimus, M. Papyrius, Q. Pompilius, T. Aemylius, qui rem porrò difficillimā tractantes, plerunq; parti utriq; semper grauem, cum alia moderatione, tum impēdio magis publico q̄ iacturam sustinuerūt. Tarde enim omnia, & impeditiora quod facultatibus ad ærarium missis suppetere, ere in foro posito dissoluerunt, ut non modo sine iniuria, sed etiā sine querimonia partis utriusq;, exhausta uis ingens aeris alieni sit.

DE TRIMUMVIRIS REIPVB.
constituendæ.

C A P V T X X I

S I triumuiratus reip. cōstituendæ originē queris, ante ipsum quem Caesar Augustus cū Antonio & M. Lepido gessit, alter nullus apud Romanos prodiisse memoratur. Ego autem de eo ipso nusq; præterea offendisse memini, utrū potestatibus annuenerandū cēsu

erim, haud satis scio. Quippe q̄ eas potestates, quas in-
 iussu, præterq̄; senatus auctoritatem quisq̄; non dicam sor-
 titus fuerit, sed per libidinem dominandi arripuerit, ty-
 rannides potius, q̄ potestates, seu magistratus appella-
 dos duxerim. Vicunq̄; se res habeat, illud facile animad-
 uerti potest, Iulio Casare in senatu ab ijs, qui cum Bru-
 to, & Casio erant, occiso, mox Antonium, cum studia
 omnia ad componendā remp. contulisse uideretur, prin-
 cipem ciuitatis euasisse. Confestim uero dominandi libidi-
 ne, eiectum Ciceronem, Brutum, cæterosq̄; qui factioni
 eius aduersabantur, urbe excedere cōegisse. Octauiano
 autem, qui testamēto Casaris hæres scriptus fuerat, ex
 Asia reuerso, Cicero, ac cæteri, qui eius factioni obtre-
 ctabantur, ad Octauiani potentia confugerunt, ex quo
 factum est, ut Antonius urbe migrare adactus, hostis à
 senatu iudicaretur, ad quem opprimendum Hircius, &
 Pansa consules missi, Augustusq̄; cū fascibus Antonium
 apud Mutinā adepti fuerunt, fugaueruntq̄;. Desperatis
 ergo rebus, Antonius supplex ad M. Lepidum cōfugit,
 cuius potētia fretus, Octavianū, qui æque animū ad do-
 minationē intēderat, ad socius, societatemq̄; pellexit, il-
 lam uidelicet societate, qua homicidia homicidijs in per-
 mutationem uenisse dicuntur. Inter quos ad cædem desti-
 natos, Casar Ciceronē pro L. Casare auunculo M. An-
 tonij, eidem cōcessit. Igitur tyrannidē prætenu pio ma-
 gistratus palliare pergentes, sese Triumuiros reip. con-

Antonij ty-
 rannis.

F E N E S T E L L A

stituendæ appellauere, quorum nutui, & auspicijs omnis resp. niteretur. Cæterum eorum animos quorsum incli narent, mox ipse euentus rerū ostendit, omnes diuinas, humanasq; res commiscens. Omnibus enim intra se opi bus consumptis, ad extremū unus Cæsar potitus est, qui & ipse omnibus cæteris superstes, ipsum de quo loquor, triumuiratum annos circiter .x. ut Suetonius Tranquil lus refert, obtinuit.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

C A P V T X X I I.

Transcri-
pta ex pan-
dectis de
off. praef.
praet.

Quales apud reges tribuni *Celerum equitum*, siue apud dictatores *magistri equitum*, tales demum fuere *praefecti praetorio* apud Cæsares. Nam cum secundas post Cæsarem partes gestarēt, praesentq; disciplinae publicae emendandæ, adeo à paruis orta principijs creuit autoritas, ut cum aliquo tempore à praefectis praetorijs prouocare liceret, extarentq; exem pla maiorū, quo pacto ab ijs prouocassent, lecta postmo dum principis sententia, à praefecto praetorio prouoca- tio sublata est. Credidit enim princeps eos qui ob singu- larem industriam, fide illorum, atq; integritate explo- rata, ad huius potestatis amplitudinē adhiberentur, nō aliter pro sapientia, ac splendore dignitatis suae, q̄ eundē fore iudicaturos. Alio etiam priuilegio huiusmodi pote- stas subnixæ est, ne ab eorū sententijs minores ætate (ut

ab aliorum magistratuum) restitui possent.

DE QVIBVSDAM MINORIBVS
magistratuum speciebus.

CAPVT XXIII.

Alteram magistratus specie in urbe Roma, ius aliquando dixisse reperi. Nam cum bellorū mu- nera ceteris magistratibus non sufficientibus ad prætorem deferrentur, quorū munus administratio iuris præcipuum fuit, creati .x. uiri sunt qui ius in ur- be dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent, li- tium iudicandarum appellati. Eo tempore quatuor uiri creati dicuntur, qui uiarū curā agerent. Actres mo- netales auri, argentiq; flatores, quorum esset, diligentia numismata, auro, argentoq; fabricari.

Determini

Quatuor
uiri.

Tresuiri.

DE PRAEFECTO VRBIS

& uigilum.

CAPVT XXIIII.

Diuus Augustus salutem publicam nullius alte- rius, q̄ suæ diligentiae cōgruere existimans, co- ercendorū incendiorū causa, septem cohortes opportunis urbis locis disposuit, ita ut binas urbis regio nes unaquæq; cohors præsidio tutaretur, tribunis & sup- oēs clarissimo uiro præfecto uigilū præpositis. Et licet ap̄d ueteres Ro- triuuiris nocturnis, ædilibus, tribunisq;

id negotij quandoq; esset assignatum, pluribus eodē die exortis incēdijs, quibus accurrere, satisq; facere nō posse eos appareret, creare prefectum uigilū Aug. Cesar in animū induxit. De incensoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus apud prefectum uigilū cognitio est, nisi si quæ tam atrox, tam famosa persona sit, ut ad prefectū urbi remittenda uideatur. Et quoniā incēdia plerunq; culpa exoriuntur inhabitantium, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignē habuerūt, aut seuera obuiurgatione cōminatur, fustū castigationē remittit. Cum effractora in horreis (ut plerunq; fit) insulisq; ubi preciosarū rerū suarum partes, patres familiarum seruāt, apparuerint, Si quādo cella, uel armarium effringatur, effractorū sepe, uōnunq; etiam custodum questiones apud hunc magistratū exercentur. Et ita diuus † Augustus Erithio claro prefecto rescripsit. At enim, effractis horreis de ea re ad illū ipsum pertinere. Sciendū autē prefectum uigilum ad plurimā noctem uigilare oportere, coerrereq; calciatū cum armis, & dolabris, curamq; oēs inquilinos agere admonendi, ne per colonorū negligentiam, incendiōrū casus exoriantur. Quinetiam inquilinus ut quisq; aquam in cœnaculo habeat, qua igneo terrore ingruente, presto occurrere posse censeatur. Aduersus capsarios autē, qui mercede seruanda in balneis uestimenta suscipiunt, iudex quoq; constitutus est, ut si quid in seruandis uestimentis admissum fuerit, ipse idem

† Antoni-
us al.

de quo loquor, magistratus questionem exercebit.

DE DVVMVIRIS CLASSIS
restituendæ, & qbusdam paruis magistratib.

CAPVT XXV

DVumuiros classi restituendæ, utpote haud magni momēti magistratum, omiffurus uidebar, nisi quod Liuius placet minime prætereundū uisum. Anno enim quo Appius Claudius, is cui postea Cæco cognomentum fuit, censuram gessit, M. Valerio, & P. Decio cōsulibus, duo imperia, ut ait Liuius dari, per populum cepta sunt, utraq; ad rempub. pertinentia, unū ut tribuni militum senidēni in quatuor legiones crearentur, quæ ante perq̄ paucis populi suffragio relictis, consulum & dictatorum fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebæi L. Attilius, & C. Martius. Alterum imperiū fuit, ut duumuiros classis ornādæ, reficiendæq; causa idem populus iuberet. Tulit hoc plebiscitum M. Decius tribunus ple. Haud multo tempore post huiusmodi rogationes, triumuiroi nocturni creati sunt, quibus (ut existimatione deducor) ut difficili belatorum, & ciuiliū seditionū tempore, muris, custodiaq; per milites stationarios mitterentur. Id etiam eorū curæ iniunctum est, ut & nocturnas seditiones à ciuibus arcerent, & quies urbi conseruaretur. Huius sanè partēs magistratus, in officium præfecti uigilum demū tra-

Triumuiroi nocturni

F E N E S T E L L A

ductæ sunt. Enim uero horum magistratuum nomina rem ferè ipsam, cui addicti essent, facile ostendūt. Neque Liuius ipse rei autor, hac in re amplius uerborū facit, apud alios uero nulla prorsus mentio fit.

DE PROCVRATORE CAESARIS.

C A P V T X X V I.

Vltimum est, ut de procuratore Cæsaris (is enim est inter Cæsarem, & Ro. populum constitutus iudex) pauca uideamus. Quanq̃ principalē celsitudinem, à qua legum, senatusconsultorum, magistratuumq̃ omnium origo manat, moribus introductū sit, legum imperio, cui præest, non esse suppositā. Ceterū quoniā maiore se, à quo ius inter priuatum ac rep. decernatur, impossibile inuentu sit, ipsumq̃ principē in propria causa iudicare, haud sanè æquum esse uideatur, magistratū creari placuit, cui inter se, priuatasq̃ personas, competens quidem esset iurisditio, qui sanè est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistratui principalis totius rei licentia cōmissa est, ita ut quicquid ab eo negotiorum imperialiū gestum est, perinde habeatur ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit pertractatū. Sed si rem eius quasi propriam procurator tradat, non putant dominū transferre. Tunc uero trāsferit, cum negotium gerens Cæsaris, ipsius consensu tradit. Deniq̃; si donationis, uenditionis,

trāsactionis causa quid agat, nihil agitur. Nō enim alie
nare rem Cæsaris, sed diligenter negotia Cæsaris obire,
procuratori Cæsaris iniunctū est. Id uero in primis pro-
curatori huic de quo agimus, adscriptum est, quod seruū
Cæsaris heredem institutum, adire hereditatem iubet,
et ea hereditas imperatori acqritur. Quin si Cæsar ipse
heres instituitur, si se procurator opulētæ hereditati mi-
sceat, heredem Cæsarem facit. Quod si ea bona, ex qui-
bus princeps institutus est, soluendo non sunt, consulendū
erit imperatori, ne quid perinde detrimenti patiatur. Hæ-
redis enim instituti in adeundis, repudiandisue hereditati-
bus, congruo tempore explorari uolūtas debuit. Depor-
tandi huic magistratui facultas permissa non est. Sed de
procuratore Cæsaris, cæterisq; omnibus Romanis pote-
statibus, quæ à principio urbis conditæ, usq; ad Augusti
Cæsaris tempora factæ, tractatæq; sunt, satis ad ple-

num diximus. Præsidis nomen generale est, eo

Præsēs.

quod et proconsules, et legati Cæsaris,

et omnes prouincias regentes, licet

senatores sint, præsides

appellantur.

